

*Est enim pars concionis Christi valedictoria,  
quam post institutionem sacre Cene habuit.  
Quapropter & nobis attentè considerandum.*

## NARRATIO.

**A**git in hodierno Evangelio Christus de discipulorum suorum cruce: Primo enim illis de cruce concionatur: Secundo, dulcissimas etiam consolationes adversus crucem adhibet. Quapropter etiam ordine illud explicabimus.

- I. *Consideremus predictionem crucis obliquam.*
- II. *Explicationem predictionis planam.*
- III. *Argumenta consolatoria firma.*

## DE PRIMO.

Notetur Propositio: *Pusillum*, nominat causam, ut discipuli assumant effectum. Abitus enim ipsius est causa mœroris & crucis discipulorum, ut & ipse Christus affirmat. Loquitur autem oblique, cum ut discipulis non subitanam tristitiam injiciat, tum ut se malle illis lætiora prædicere innuat.

Matt: 9.

## V S V S.

1. Hæc insignis Christi *Φιλανθρωπία* in nostram consolationem facit.

3. Exem-